

DE TRANSLATIONE
IMPERII ROMANI
A GRÆCIS AD
FRANCOS,
ADVERSUS MATTHIAM FLACCIUM
ILLYRICVM, LIBRI TRES.

AUCTORE

*Roberto Bellarmino Politiano,
è Societate Jesu.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini
Architypographi Regij.

M. D. LXXXIX.



SVMMA LIBRI PRIMI.

3

*Romanum Imperium à Græcis ad Francos
Summi Pontificis auctoritate translatum.*

CAPITA LIBRI PRIMI.

- CAP. I.** Contradiçiones duodecim Illyrici detegit.
- II.** Mendacia viginti eiusdem Illyrici refellit.
- III.** Prolegomena aduersarij confutat, & eam controuersiam explicat, quæ fuit Hadriano Summo Pontifici cum Frederico Anobarbo Imperatore.
- IIII.** Testimonijs Historicorum supra triginta demonstrat, Imperium Romanum summi Pontificis auctoritate ad Francos à Græcis esse translatum.
- V.** Testimonijs duodecim Principum idem confirmat.
- VI.** Idem asserit testimonijs septem Summorum Pontificum.
- VII.** Imperium Romanum non esse à Francis acquisitum iure belli.
- VIII.** Non accepisse Carolum Magnum à Deo immediatè Imperij dignitatem.
- IX.** Imperium Romanum non esse deuolutum ad Carolum Magnum iure successionis hereditariæ.
- X.** Imperium Romanum non esse delatum ad Francos auctore Senatu Populove Romano.
- XI.** Imperium Romanum non fuisse à Græco Imperatore Carolo Magno traditum.

LIBER

A 2

XII. Sum-

3

LIBER PRIMVS.

Argumentum & partitio
totius libri.



SCRIP TV RV S de translatione Imperij Romani à Græcis ad Germanos, aduersus mendacissimum librum, quæ ante paucos annos de eodem argumento edidit Matthias Flaccius Illyricus; operæpretium me facturum existimaui, si quemadmodum ipse prolegomena quadam præmisit, ita quoque & ego loco prolegomenorû pauca quædam præmittam tû de contradictionibus, tum de mēdacijs eiusdem Illyrici manifestis atq. crassissimis. Ita enim spero fore, ut hominis huius inconstantia & impudentia patefacta, simul etiam aditus patefiat veritati in aures atque animos illorum quos iam fortè falsitas occupauit, quibusq; ille suis artibus, & multa historiarum confusione & varietate tebebras offudit. Deinde ad rem ipsam aggrediar hoc ordine. Quoniam Illyricus, ut est inconstans, & varius, uno in loco docet non esse translatum Imperium Rom. Pontificis auctoritate à Græcis in Francos, seu Germanos; in alio verò fatetur id quidem, sed affirmat iniuste & impie factum, esseque hanc translationem præcipuum miraculum Antichristi: pro-